



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Incipit studere litteris. 73

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

TIVM beneficio memoranda. Gen-  
 uam in hunc modum perdu-  
 ctus; in idem Barcinonem, in-  
 gruentibus mari quâ hostium,  
 quâ piratanum periculis, in colu-  
 mis denique traiecit.

Postquam à difficili peregrina-  
 tione in Hispanias IGNATIVS  
 reuertit, non fuit consilium, reli-  
 quam ætatem sine litterarû cultu  
 degere: nempe si quam orbi la-  
 boranti opem ferre, Deo quæ ob-  
 sequium probare impensius vel-  
 let, intelligebat, esse cum studio  
 virtutum, scientiarum quoque  
 subsidia cõiungenda. 73 Proinde  
 annos iam natus xxxiii. aggre-  
 ditur, prima linguæ Romanæ e-  
 lementa condiscere: eam quæ ob-  
 rem in disciplinam se Hierony-  
 mi Ardebalii tradidit; viri probi  
 in paucis & humani, grâdis præ-  
 textatus: cum interim ab Isabel-  
 la, fœmina nobili, de qua supra



monuimus, alimēta promitterentur. Haud illum fefellēre inferi veteratoris artes : qui futuri sagax, magnis conatibus hoc sibi agere sumserat, vt IGNATII cępta, temerē discuteret. Ideo in varia se ora versatilis Proteus abdere, aliasque fraudes ex alijs ducere, nunquam omittebat: in IGNATIVM ingeniosus. Sed ille tanto maximē in inceptis pergere : nec pati, vt stygijs aliquando laruis eam omissionem gratificatus diceretur. 71 Et subinde remittere stomachi dolores sentiens, quibus nuper tenebatur: occupat redire ad veterē domandi corporis rigorem : cui bello, quod instauratū nuper secus cessisset, inducias aliquam diu dederat. Cępit igitur calceorum soles perforare, sensimque itā eas deterere, vt hiemi appetenti nudis vestigijs occurreret: relicta tamen tegminis alutā, ne ostētui se apud  
 alios